



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Conradi Oligenii J. C. Dissertatio De Primariis Precibus  
Imperialibus**

**Corradini, Pietro Marcellino**

**Friburgi Brisgoiae, 1707**

XXXVIII. Nicolaus V. non derogavit Concordatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63022)

nes, quas Precum, & nominationum primariarum, ac presentium vigore fieri contigerit, ad instar publicationum, qua de acceptationibus, & provisionibus vigore gratiarum expectativarum per nos concessarum facta fuerint, faciende juxta quandam constitutionem nostram super hoc editam infra tempus in eadem constitutione expressum, & sub poenis in ea per nos adjectis debeant publicari &c. Et insuper irritum decernimus, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Datum Roma apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, quartodecimo Kalendas Aprilis, anno sexto.

Cum autem hoc indulto Nicolaus V. Concordatis Germaniae non derogasset, & post indultum quasdam constitutiones publicari fecisset pro declaratione expectativarum; atque alia indulta pro expectativis in mensibus sibi reservatis, juxta tenorem Concordatorum, quibusdam Ordinariis Germaniae concessisset, hinc innumerae lites ortae: plures enim Episcopi Precibus parere volebant, habentes expectativas à Papa, praeferti, obtinentes indulta suas expectativas exequi, contendebant; & expectantes Precistis op-

XXXVIII.

Nicolaus V.  
non derogavit  
Concordatis.

§2 De primariis Precibus Imperialibus  
ponebant per leges post indultum Friderico datum à Papa, promulgatas, Precifas vel non implevisse legum formas, vel uti Precibus non potuisse. In hoc rerum discrimine Fridericus iterum Papæ supplicavit, ut dignaretur novum indultum concedere, in quo & Concordatis derogaretur, & omnia prædicta dubia tollerentur, quibus Pontifex annuit his verbis:

XXXIX. *Nicolaus, &c. Dum ad præclaram, Novum in- eximiamque fidei constantiam, ac devotio- dultum Nico- nis sinceritatem, quibus charissimus in lai V. Friderico III. Christo filius noster Fridericus Romanorum Imperator semper Augustus erga nos, & Sedem Apostolicam clarere dignoscitur, necnon operosa sollicitudinis studia, ac multiplices labores, quos ipse Imperator pro Divini Nominis gloria, & conservanda Ecclesie unitate adhibuit hætenus, & habet, & adhibet indefessè, nostra considerationis dirigimus intuitum; dignam, quin potius debitum censemus, ut ad ea libenter intendamus, per que sublatis quibusvis litigiorum, & ambiguitatum dispendiis per nos sibi, & illorum vigore per ipsum aliis personis factæ concessionibus, & gratia sum sortiantur effectum &c. Dudum siquidem fel. recordat. Eugenius Papa IV. prædecessor noster Vener. Fratri nostro Episcopo*

Indultum  
Eugenii IV.  
Friderico III.